

hominibus firma

et talis praunitas

et sic fuerit

et sumus digni

se factis

noce terra

noce terra

omni caritate et dignitate

rebus pariter firmiter

Amelioros iohannes quibus d. p. m.

Dominus dicitur fidelis

sermone semper iustitiam

seruare et tunc pariter iustitiam

inuenit. **D**ominus omnipotens

inquit celestia adiuuata pariter

incedente tuo cetero in te

quod omnia omnia aduista inu

amur. **M**entibus inuoluntate

restra quod est clauanentur

Dominus dicitur in qui gloriosus

inuis tuos claudum inuoluntate

synthoriamu castorum inuoluntate

CCM

A. C.

REVERENDO
ET DOCTISSIMO VI-
RO D. MARTINO SVCHLANDO
verbum Dei Holtzengliae ad multos jam
annos docenti cum

Honestâ piâq; matronâ

B A R B A R A

INTEGERR: AC ORNATISS: VIRI RV-
DOLPHI HIRSBERGERI CIVIS
OLIM GREVSSSENSIS.

viduâ relictâ.

Ad V. d. Non. m. Iulij A. A. O. R.
CIC. IC. IIC.

Holtzengliae nuptias celebranti

Carmina haec μεσοστύχη

D. D. D.

Alumni quidam Ilfeldenses

— — —

— — —

ERFFVRTI

EXCVDEBAT IOANNES PISTORIVS.





Et cantu & fidibus iuvat (bilem.
 Lucem hanc dulcisonis frangere ama
 Cur, quæris? thalamos vides
 Et tædas iterum ritè pararier.
MARTINO, Domini gregem
 In lucu angelico qui regit, & cibat.
 Cantillant pueri pii,
 Intactæq; canunt suave puellule
 Saltantes, pia carmina.
 Instructis Hymeneo atq; Thalasio
 Blandis (gaudia!) fistulis
 Cantatur, domus & perstrepat undiq;
 Musarum chorus insimul
 Hunc ornare cupit leticiâ diem, &
 Cantus mollifluis modis
 Utq; adsit, cupidus, Numen Apollinis.
 Nec non cælicolæ suis
 Cuncti muneribus condecorant eam
 Pompam. Quis tacet invidus?
 Cressi ne careat pulcrâ dies notâ.
 Gaudendum est modò plenius,
 Pulsandumq; solum nunc pede libero.

Vxor nunc iterum pia
 Fausta jungitur (en i) luce viro pio.
 O felix ter & amplius
 Quem felix recreat sic iterum dies i
 Salve, Docte vir, & bone,
 Salve, Sponse pie, & gaudia percipe.
 Infelix rapuit tibi,
 Felix nunc iterum dat tibi amabilem
 Costam (letor lô i) dies
 Ille & tristitiam, hic gaudia rettulit.
 Ergò gratulor ipsemet,
 Verè gratulor, id consonat hæc lyra.
 Omnis turba favens pia
 Mecum cantet lô, cantet lô, frequenter
 Porrò, quod superest, tibi
 Contingat, petimus, vita beator,
 Contingat soboles item.
 Aditet DOMINI vos benedictio?
 Ambo vivite prosperi.
 Sponsus Sponsa simul, Nestoris in dies.
 Caspar Herpichius Strasburgensis.
 Scholæ Neandrinæ a lumnus.

Sol

II.



Olduodena regit qui signa volubilis anni
 Et nitido lustrat lumine cuncta suo.
 Dum caput Oceano abscondit, verum esse fatemur,
 E medio totum lumen abire solo.
 Cuncta q; in obductis altè latitare tenebris
 Fessa q; cu jusvis membra sopore premi.
 Possent in terris homines ut lumine Phœbi
 Lustrantes terras munus obire suum.
 Sed non tingit equos in ponto Phœbus anhelos
 Quod lumen prorsus surripuisse velit.
 Sed redit & pellit tenebras, removetq; soporem,
 Et clarum nitido monstrat ab axe jubar.
 Ut, quæ terra tenet videant animalia quæq;
 Quæq; juvent capiant, quæ noceant fugiant.
 Sic, postquam nostras ævi non indiga terras
 Deseruit certam prompta subire necem.
 Iuncta tibi quondam sociali foedere con iunx
 Ingenii vegeto Sponse vigore teres.
 Illic franguntur mollissima pectora, luctus
 Non intermissis sollicitata modis.
 Sed mox splendescens apparet in æthere Phœbus
 Nunc iterum thalamo dum nova nupta datur
 Ergo verecundos meritò tibi ghatior amores
 Sponse feras thalamo prospera fata tue,
 Gratulor & pariter tibi formosissima Sponsa
 Quod felix tali es consociata viro.
BARBRA Sibyllinos senio precor impleat annos
 Et Marius Pylî secula longa senis.
 Vivite turturibus similes in amore fideque
 Sponse tuæ Sponsæ sis decus, illa tibi.
 Gaudia mille novo, da commoda mille marito
 Maritum omnigenis obrue Christe bonis.

ἡρόδοτος

LVX oritur **IVLI** Martine ò tertîa **LECTA**
ECCe tibi **re** **CTE** n **v**bere **n**vptæ **V**enit.

Nicolaus Pistor **V**ernigerodensis Scholæ
 Neandrinæ **alumnus**.

A 2

Non

III.

Non ego Pegaseo potavi è fonte liquores
 Eloquium doctis vatibus unde venit,
 Nec mea Musa sonat Cygneæ carmina lingua
 Nec fluit ad numeros copia larga meos:
 Attamen amplectar quâ te pietate, fideq;
 Simplice me studio significare iuvat.
 Postquam morte virum viduum te linqueret

uxor
 Tunc tibi funestus nil nisi luctus erat:
 Contigit at viduo postquã nova nupta cubili,
 Nunc posito luctu nil nisi læta moves.

BARBARA jam se vos minuit suavissima
 luctus

MARTINO apportans gaudia larga
 suo.

Gratulor & superos votis ardentibus oro,
 Ut tua sit felix, & sine lite domus.

Nulla lues odii vestros perturbet amores,
 Nec violet castum garrula lingua thorum;
 Sed velut unanimes certant in amore colūbæ,
 Gratia sic stimulet pectora juncta fide.
 Iuncta tibi conjunx vites imitata feraces
 Augeat, exornet munere, prole, domumq;
 Ad mensam similes plantis florentis olive
 Aspicias natos pignora chara tuos.
 Vivite concordēs & puro gratia cœstu
 Vos liget, æternos exhilaretq; dies.
 Vivite felices: Qui vos conjunxit amantes.
 Perpetuo servet vos in amore **DEVS**.

Jacobus V Volffius Ilfeldensis
 scholæ patriæ alumnus F.

* * *

IIII.

MARTINO, auspicio felici nupta
SVGLANDO
BARBARA corde pio foemina culta
 datur.

Altera quæ thalami est consors, quæ jun-
 gitur ipsi

Domino, vigeat quò sua prole domus
 Res bene conjugium; Dominus quia fau-
 xit id ipsum;

Rebus in ætatis inde levamen habes.
 Tu pia sponsa tuum nunc suscipe (quæ-
 so) maritum

BARBARA, cui curæ est connubiale
 jugum.

IPSE DEVS fecit sanctum, sanctissimus
IPSE,

Ac sanctum si immè semper & Ipse facit:
 Non casu, non arbitrio junguntur amâtes,
 Respicit ex coelis qui facit ista **DEVS**.

Vxorem nam quisquis amat, se diligit ipse
 sum,
 Ac Dominum uxoris, seque scit esse patrem.
 Subjecta esto viro, fugiat sublimia cons-
 junx,
 Ac quoque foecundam cingat, ametque
 domum.
 Suntque pares genere, atque pares virtutibus
 ambo,
 Sunt animoque pares, corpore suntque
 pares.
 Vxor nobilior gemmis, speciosior auro,
 Moribus ingenio & pietate nitens.
 Gratulor unde tuis hoc vili carmine lædis,
 Et precor ut Christus foedera vestra
 beet:
 Lectus contingat sponsorum exopto jugalis
 Nil nisi quod gratum est, nec nocuisse
 valet.

Actu,

Attu, SPONSE, pius cum sis, cum sis
pia, SPONSA,
Non felix vester non thorus esse potest.
Nec quid vos liciti reperentes oscula lecti
Impediet, dulci sed recreabit ope.

Det DEVS an bobus pacem, fera bella
flescant,
Nestoris annosi vivere secla simul.

Iohannes Marstellerus Schwarzzeusis
Scholæ Neandriæ alumnus.



V.

Ordiar undè meum, Reverende vir am-
bigo, votum
Quo tædis optem, prospera fata tuis.
Non ego Catullo, nec magno digna Marone
Scribo, sed novi, carmen inane rudis.
Attamen enitar pro viribus optime Sponse,
Aptem quo, metricis, verba latina, modis.
Et precor ut laudes, crassam pinguemq; Mi-
neryam,
Metraq; cum venia, qualiacunq; legas.
Et potius mentem spectes, quam carmina,
nostram,
Hæc sanè scripsi, pectore prompta bono.
Det locuples fulvum, cui multū suppetit auri,
Ipse sed ignotus carmen inane dedi:
Quo SVGLANDE tuis bona jam precor
omina tædis,
Sit cum prole novus, sed sine labe, thorus:

Sint procul hoc lites alternaq; iurgia lecto,
Vos ornet concors & socialis amor.
Avestris etiam laribus procul absit Erynnis,
Quo turbent thalamū tristia nulla novum.
Vivite felices vitam per Nestoris annos
Vivite concordēs, unanimesq; peto.
Quod superest vobis fautor connubii & au-
tor,
Inceptis vestris adsit ubiq; bonus.
Hæc mea quo valeant multum, pie Sponse
SVGLANDE,
Iam mea tergemino Musa precatur,
A M E N.

Georgius Langius Clingenſis
Scholæ Ilfeldens. alum.





VI.

O bductu veluti spissa caligine caelo,
Ventorumq; fero valde furente sono:
Horrisono trepidant edu^{ta} & murmure turres,
Sylvaq; terribili quassa fragore strepit.
Sed postquam nitidus Phoebæa lampade Titan
Sedato letus protulit ora sono:
Omnia tuta silent: ventosi murmuris aura
Pressa cadit subito, cuncta repente silent.
Haud secus exortâ fortuna fugacior aurâ
In stabiles mutat nomine sepe vices.
Mox quæ prima fuit, sævis agitata procellis,
Nunc vehitur vento tuta carina suo.
Hac quoq; cum fueris, S V G L A N D venerande, phaselo
Vectus, me melius noveris ista tibi.
Mortua nam postquam communi lege parita,
Iam nova legitimo foedere Sponsa venit.
Hæc intret fausto genialom Sydere lectum,
Hæc veteri curâ saucia corda lovet.
Conjugium vestrum sit felix, sitq; secundus,
Et novus hic referat gaudia mille thorus.
Vivite concordî jungentes pectora nexu,
Mathusalæa simul secla replete pij.
Presentis placide traducite tempora vite,
Protexat vestros, paxq; salusq; Lares.
Res iterum vobis succrescat in ædibus omnis,
Et magnus cumulis conglomerentur opes.
Quæ referat vestros vultus producite prolem,
Cujus cernatis prospera secla diu.
Quod repoto, Dominus vos longos ducat in annos,
Vniat & statu pectora vestra sacro.

Michael A Egoceros Trebrensis alum. Sch.
Ilfeld, ad sylvam Hercyn.

Diversos

Diversos diversa trahunt, sua cuiq; voluptas
 Naturæq; solet semina quisq; sequi.
 Sunt homines, queis forma placet, gaudentq; puellas
 Formosas lateri consociare suos
 Sunt homines quos vexat opum vesana cupido,
 Queis intres socios sponsa superba thoros.
 Paucis quos virtus commendat & æquus amavit
 Iuppiter, in thalamos sponsa pudica venit
 Sponsa pudicitie custos, quo munere maius,
 Nobiliusve nihil reddere mundus habet.
 Dulcia sunt equidem quæ purpura vestit & aurum
 Quæ DE A divitijs uno valere facit:
 Dulcia sunt quæis blandidulo Chanis emicat ore
 Quæis nitet è blando lumine blanda Venus
 Sæpè tamen Tyriâ Laidem sub veste latere
 Notum est quæ fastu turgida corda gerit.
 Sæpè sub egregijs Helenam latitare labellis
 Constat quam gaudent sollicitare proci.
 Scilicet omne malum, super malefacta quid audeat
 Rixa per uxores hac ratione ciet.
 Sed virtus vitium, vitis non gignit amaros
 Dumorum globulos, nec bona damna ferunt.
 Quam pudor & pietas quam Summa modestia rerum
 Condecorant, secum commoda cuncta trahit.
 Hac nihil in vita jucundius, hac nihil unquam
 Utilius, nihil hac nobile (crede) magis.
 Illa viri mens est, animus, cor, dextra pedesq;
 Hac est ambiguae Sortis ubiq; Comes.
 Nam moriente viro, moritur vivente superstes
 Vivit, nunc hilarem gaudet habere virum.
 Nunc tristi accubuisse viro tristatur, & illi
 Rebus in adversis mite levamen adest
 Quin partas extendit opes, & prolis habendæ
 Sedula nexa DEO, pendet ab ore viri
 Hunc cupit hunc optat solum suspirat in illum
 Solum amat at solum pectore sola tenet.

111

Hinc non solum hominis, superis quoq; grata virago est
Cui castos casto jungere amore solent.
Quiq; volunt castis laudari mentibus omni
Tempore, qui tribuunt premia magna pijs.
Gratulor ergo tibi casto Neonymphe pudicam
Qui thalami sociam delegis atq; piam.
Gratulor ergo tibi qui suasu numinis aure
Castus inis casti foedera casta thori.
Castus ames, quam castus habes, castaq; recumbas
Casta tibi casto pignora casta dabit.
Insit utriq; precor, vestrorum mutuus ardor,
Nec rabiosa in vos flumina mittat Eris.
Omnia succedant tibi prospera, Et omnia fausto
Quaecunq; incipies sydere cepta sient.
Deniq; quod restat, Pylios, pie sponse, perannos,
Sponsa Sybillinos vivat adusq; dies.

Michaël Gothus Stolbergensis
Scholæ Ilfeldensis alumnus.

F I N I S.



AB 113 723

ULB Halle

3

002 387 581



TA → a

Iuno et p̄hem̄

Iarur̄ ier̄m̄ r̄m̄

Ixi uet̄raum̄.

Int̄as. **offer**

Ileat̄m̄.

Ier̄m̄. que sp̄
ita sim̄ honor

Isolit̄ate

Int̄. **De. H. I. I.**

Ier̄m̄ or̄fac̄y nar

Int̄. **I. I. I.**

canentes ius tuis non recedat ac
oculta et ioculis sacramenti iudici
clonis cetera. **A. D. I. I.** **I. I. I.**

Omnipotens refecti sacramenti **I. I. I.**

his et gaudens supplices te dōne
deprecantur ut quos quidam
tristitia persequantur amittant.

Theodori r̄m̄. B. I. I. I.

Deus qui nos tui iher̄m̄ **Dei.**
dōni iuris tui cōtra r̄m̄ glo
riosa iudicāda et p̄regis iudic

uolens eius imitatorē postores

et oratione filiorū. **I. I. I.**

I. I. I.

I. I. I.



A. C.
REVERENDO
ET DOCTISSIMO VI-
RO D. MARTINO SVCHLANDO
verbum Dei Holtzengliæ ad multos jam
annos docenti cum

Honestâ piâq; matronâ

BARBARA

INTEGERR: ACORNATISS: VIRI RV-
DOLPHI HIRSBERGERI CIVIS
OLIM GREVSSENSIS.

viduâ relictâ.

Ad V. d. Non. m. Julij A. A. O. R.
CIC. IC. IIC.

Holtzengliæ nuptias celebranti

Carmina hæc DESERTIVA

D. D. D.

Alumni quidam Iffeldenses

OS DO OS DO

ERFFVRTI

EXCVDEBAT IOANNES PISTORIVS.